8426

Actum in Curia Regia Bransen. feria Quinta ante festum Sanctoru Petri et Pauli apostolorum Anno Dni millesimo Sexcentmo Quadrasmo Xono

Inter Krasowski e Koboska — Emissio

Coram offio et actis præsentibus Castrensibus Capitaneal. Bransen. com=paperpersonaliter Nobilis Paulus olim Bartholomei Zębek Krasowski nomine Laboriosi Simonis Cerwien subditi sui aquo de rato et grato in forma iuris plenissima cavet ab una et Nobilis Christopherus olim Alberti Koboska nomine nobilis Catherinæ filiæ suæ infantis partibus ex alia sani mente et corpore existens palam recognoverunt Quia ipsi videlicet Paulus Krasowski præfatum Christopherum Koboska de vulneribus per ipsum præfato subdito suo illatis et processu eo nomine obtento ipse vero Koboska præfatum subditum de distrusione præfatæ filiæ suæ infantis ac vulneribus circa inopinatam distrusionem illatis adhunc non inscriptis ob initam concordiam et satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt perpetuo hac sua personali recognitione mediante.

Falkowski — Quietatio

Coram officio et actis præsentibus Castrensibus Capitaneal. Bransen. personaliter comparens nobilis Albertus olim Nicolai Brzozowski de Brzozowo Danki hæres sanus mente et corpore exns palam publice verbisque perexpressis recognovit Quia sibi Nobilis Stanislaus olim Nicodemi Falkowski summam viginti florenorum polonicalium debiti Coram actis hisce pro die hodierna inscripti eandem summam ex integro persolvit ideo ipsum quietat emittit et liberum facit Inscriptionem eiusmodi cum toto effectu cassat perpetuo.

Bankowski — Quietatio

Coram officio et actis præsentibus Castren. Capitaneal. Bransen. pltr comparens nobilis Nicolaus olim Adami Spak Bankowski sanus mente et corpore exns palam recognovit Quia sibi nobilis Zacharias olim Nestoris Bankowski summam quadringentorum florenorum monetæ et numeri polonicalis debiti certi pro die hodierna

Coram